

2. Fidelitas in ministerio est donum Dei singulare; pro eo gratias agit Apostolus Deo b.l.v.12. Nemo per se, suā prudentia vel consilio fidelis est, sed talis efficitur, quatenus Deus eum fidelem ducit, adeòq; vocatione, institutione & donis necessariis fidelem facit. Inter hominem & Deum hīc apertum discriminem. Homo ministrum fidelem ducit, non facit: Deus sic ducit ut ipse efficiat.

#### IV. Vocatione ad ministerium Evangelii.

1. Vocatio ad ministerium est beneficium Christi non vulgare: est enim vocatio ad maximam dignitatem. Ideo Apostolus pro ea gratias agit b.l.v.22. Non quibusvis dignitas illa obtingit, sed quos Christus ad eam eligit. Hæc dignitas debet opponi mundi contemptui.

2. Oportet ministrum certum esse de sua vocatione. Quām malè fuisset actum cum Paulo, cūm adversarii statum priorem traducerent, si certus non fuisset de vocatione ad Apostolatum? b.l.v.12. Qui non est certus, sperare nequit auxilium & defensionem à Deo, aut successum laborum & benedictionem. Non enim cum fructu in ministerio versantur, nisi quos Dominus ipse in eo posuerit. At contrà certitudinis magna utilitas.

3. Minister legitimè vocatus suam vocationem rectè opponit tum æmulis, tum apertis hostibus. Sic Paulus b.l.v.12. Gal.1,11.12. & seqq. Sic Christus ipse Joh.8,42 10.36. Etsi totus mundus tibi aduersetur, tutò tamen opponis vocationem. Christi enim manus, qui te in ministerio posuit, est potentior mundo universo. Ut autem intrepidè possis opponere, esto legitima. Qui se ingerunt malis artibus, obrepunt ecclesiæ, non possunt in gruente tentatione & pugnâ, dicere cum Apostolo, qui me constituit in ministerio. Refutari enim possunt & detegi artes maleæ.

4. Ministrum verbi non decet vel oculari vel regnare, sed ministrare, positus enim est non in regno vel ocio, sed in ministerio b.l.v.12. confer Luc.22. 1 Pet.5,2. Primo, qui igitur ad munus Ecclesiasticum adspirant, ad labores, quibus multæ curæ & pericula ccharent, ferendos se parent. Secundo: Qui jam vocati sunt, ne ægrè ferant labores: in id positi sunt, non ad ocium vocati. Tertio: Omnes humilitati studeant, ne efferant se supra alios, nullum arrogantiæ signum edant: Ministri sunt non Domini inter quos regnare solet ambitio: ne igitur affectent dominatum. Quartò: ne ulla partem muneri suo defint, semper & ubique in omni negocio respiciant in eum, qui constituit eos in ministerio. Ille observat omnes, ille rationem exiget, ille præmium dabit fidibus, infideles malè mulctabit. Sic ergo ministrent, ne dominium affectent, ne graviter aliquando luant. Hīc multis modis peccatur in papatu & extra eum. In Papatu ministerium verbi ferè mutatum in dominium. Papa enim dominium affectavit pridem & obtinuit in ecclesia, tum in spiritualibus tum in temporalibus. Sed & Episcopi secularem potestatem habent, ut principes sunt hujus mundi. Hoc totum pugnat cum Christi institutione & Apostolorum praxi. Sed & invenias extra papatum, qui dominari malunt quām ministrare. Illi obliviscuntur vocis Apostolicæ, qui me in ministerio constituit. Et quidem gravius peccant, quo dominium ministris abrogatum instaurare satagunt, quām qui nondum ademptum, sed concessum exercent.

#### V. De Peccatorum gradibus.

1. Non omnia peccata sunt paria, sed suis gradibus distinguuntur. Inde alii aliis maiores sunt peccatores. Utrumque Apostolus ostendit: prius quidem, dum nominat blasphemiam, persecutionem, ignorantiam, incredulitatem. Inde enim patet, quādam peccata committi ex ignorantia, quādam ex certâ scientiâ, & destinata malitia. Imò & blasphemia & ignorantia suos habet gradus. Blasphemia: hic enim Apostolus blasphemiam

tangit, quæ remissa est, proinde remissibilis fuit. At Christus blasphemiam quandam irremissibilem nominat, quæ sc. in Spiritum S. committitur Matth.12. Johannes nominat peccatum ad mortem i Joh. 5. Hanc quoque noster Apostolus non obscurè innuit. Dum enim docet, se misericordiam consecutum esse, quod ignorans fecerit, satis declarat, si veritatem ex certâ scientiâ & destinato odio Dei impugnasset, & blasphemasset, non fuisse consecutum misericordiam. Qualis fuit blasphemia Juliani, qui postquam Christum ex evangelio agnovisset, ad gentilismum relapsus, eum persecutus est, & blasphemavit, in agone clamans, *victi Galilæe*, apud Theodoretum lib.3. Hist. Eccl. c.25. Ignorantia: Nam quādam est universalis, seu omnibus hominibus communis: Hæc ad originalem labem pertinet, & in hac vitâ non plenè deponitur. Non enim perfectè hīc cognoscimus, sed ex parte i Cor.13. Alia particularis. Non loquor de ignorantia rerum scitu non necessariarum, sed necessariarum. Hæc est probabilis, crassa & affectata. Probabilis, cum quis quæ sciebat sibi addiscenda esse, etsi vellet discere, non potuit; qualis erat Enuchi Act.8. Crassa, cūm quis ea, quæ scire meritò debebat, vel omnino nescivit sibi addiscenda, vel discere neglexit. Affectata est, cūm quis quæ scire debebat, non didicit neglecta occasione cognoscendi, quæ offerebatur. Hæc interdum est ex errore seu perlustratione, doctrinam quam semel didicit, esse veram: sæpe habet conjunctam malitiam & obdurationem, quam nulla sequitur poenitentia. Veritas enim multis clare proposita, ut negare nequeant; nolunt tamen agnoscere & profiteri. Ex errore erat ignorantia Pauli itemque Judæorum Act.3,14.15.17. Ex malitia multorum Phariseorum, qui credebant & nobebant confiteri Joh.12. Inter hos gradus semper alius alio est gravior, omnes tamen per se damnabiles. Universalis; homo enim suā culpa eam sibi attraxit. Probabilis; Remedium enim ejus, quod Deus eam aliquando missis doctoribus tollit, est opus misericordiæ: Ergo opus justitiae quod non tollit. Augustinus inter peccatas peccatorum antecedentium numerat Epist.105. Crassa poenam meretur, quod appetet à sermone Apostoli de Gentibus Rom.1.ç.2. Adimit enim eis excusationem. Affectata ut ceteris gradibus gravior est, ita gravius punitur Luc.12,47. Sic patet, peccata distingui gradibus. Quod peccatores alii aliis sint maiores, Apostolus notat, cum ait, *quorum primus ego sum, v.15*. Hæc graduum consideratio est utilis. Primo ut circumspetè agamus in omnibus, ne per ignorantiam vel mandatorum divinorum vel humanorum, quæ nituntur æquitate, peccemus sive factis sive verbis, & aliis offendiculum præbeamus. Ne incedamus ut insipientes, sed ut sapientes Eph.5,15 probantes quæ sit bona perfecta & accepta voluntas Dei Rom.12,2. Secundò, ne prætextu ignorantiae nobis blandiamur, & peccata nostra conemur excusare. Tertiò, Deum oremus sedulò, ut non tantum gravissima peccata, quæ scientes commisimus, sed etiam ignorantia, & quæ per eam fecimus, nobis condonet. Quartò, pro blasphemis, persecutoribus Ecclesiæ ardenter oremus: Multi enim ignorantier faciunt in incredulitate Joh.16,2,3. Christus præxit Luc.23,34. Quintò, ut amur mediis à Deo concessis, ad cognoscendam veritatem, ne hæreamus in ignorantia crassa, vel etiam affectu. Sextò. Caveamus diligenter, ne resistamus luci veritatis nobis astulgenti, nec scintillas cognitionis in nobis semel accentas extinguiamus opprimamusve Septimò. Deum oremus, ille nos præserver à blasphematum, remissibili tum irremissibili.

#### VI. De Peccatorum confessione.

1. Pii gravari non debent peccata sua palam coram hominibus etiam hostibus confiteri, cùm Dei gloria postu-

postulat, 3  
Paulus b.  
2. Inpr.  
plum, quo  
thus ipse  
3. Verē  
exaggeran  
ipse peccate  
4. Conf  
vocatione  
lio qui Paul  
14. Si qui  
maculare  
Apostolus  
urdore zel  
ratus infar  
tulerunt  
celera ma  
versionem  
conversionis  
VII. I  
Quod san  
plicem ve  
quenqua  
confit,  
stant ipsi  
thaus me  
fogam: it  
credulitat  
Jonas sua  
ger, nun  
VIII.  
1. Gra  
bundare  
priæ ext  
lumagn  
ippecce  
David pr  
2. Deu  
undaten  
non suffi  
cipantin  
torcadi  
non eo p  
municat  
3. Gr  
sed & m  
cia con  
violent  
nem, I  
lum.  
quād c  
scienti  
ausqui  
dico:  
Quan  
in fest  
apud  
Dom  
consci  
ipsum  
sum a  
desia  
& fia  
utri s  
fatu  
terru

1. Gra  
bundare  
priæ ext  
lumagn  
ippecce  
David pr  
2. Deu  
undaten  
non suffi  
cipantin  
torcadi  
non eo p  
municat  
3. Gr  
sed & m  
cia con  
violent  
nem, I  
lum.  
quād c  
scienti  
ausqui  
dico:  
Quan  
in fest  
apud  
Dom  
consci  
ipsum  
sum a  
desia  
& fia  
utri s  
fatu  
terru

3. Gr  
sed & m  
cia con  
violent  
nem, I  
lum.  
quād c  
scienti  
ausqui  
dico:  
Quan  
in fest  
apud  
Dom  
consci  
ipsum  
sum a  
desia  
& fia  
utri s  
fatu  
terru